

K. Janczarska

ROK III.

1923.

1200 mk

Nr. 2.

KURENDA

KURJI DIECEZJALNEJ WILEŃSKIEJ.

AECIA APOSTOLICA E SEDJS.

Sacra Congregatio Consistorialis.

SSimus Dnus Noster PIUS divina Providentia PP. XI decreto Sacrae Congregationis Consistorialis die 12 ianuarii a. c. praefecit titulari episcopali Ecclesiae Thyatirensi Reverensissimum Dominum CASIMIRUM MICHAL-KIEWICZ, quem constituit Auxiliarem Episcopi Vilnensis.

*Praeconisato Excellentissimo Episcopo
multos felicesque annos
exoptat Curia.*

Suprema S. Congregatio S. Officii.

FACULTATES PRO LOCORUM ORDINARIIS CIRCA MATRIMONIA MIXTA

Feria II die 5 februarii 1923.

SSmus D. N. D. PIUS divina providentia Papa XI per facultates R. P. D. Adsesori S. Officii impertitas R. P. D. Ordinario Vilnen. facultatem benigne concedere dignatus est:

Iº. Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento mixtae religionis, et, si casus fecerit, etiam super disparitate cultus, ad cautelam; quatenus ante nuptias pars acatholica ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterrerit nequiverit, dummodo prius regulariter ad praescriptum Cod. I. C can. 1061. § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et *Ipse R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri*, scilicet: ex parte nupturientis acatholici de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesiam initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestendum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063 § 1, sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae a parte catholica incurrendae, iuxta can. 2319 § 1, n. 1, stricte ceteroquin servatis quae de parochi in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063 § 2.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur, previa eius absolutione ab excommunicatione contracta, si forte matrimonium attentatum fuerit coram ministro acatholico, eique impositis congruis poenitentiis salutaribus.

IIº. Dispensandi iustis gravibusque accedentibus causis cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii super impedimento disparitatis cultus (excepto tamen casu matrimonii cum parte iudaica aut mahometana); quatenus sine contumelia Creatoris id fieri posit et ante nuptias pars non baptizata ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterrerit nequiverit, dummodo prius regulariter ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061, § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et *Ipse R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri*, scilicet: ex parte nupturientis non baptizati de amovendo a parte catholica perversionis periculo et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque falsi cultus ad matrimonialem consensum prestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063 § 1; stricte ceteroquin servatis quae de parochi agendi ratione iā casu statuta sunt in can. 1063 § 2. Quod vero attinet ad legitimationem prolis, p̄ae oculis habeatur can. 1051.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur, et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur.

In reliquis, quod refertur ad publicationes, interrogations de consensu et sacros ritus, sive agatur de impedimento mixtae religionis sive disparitatis cultus, serventur praescripta Cod. I. C., cann. 1026, 1102, 1109; et huiusmodi nuptiis celebratis, sive in proprio, sive in alieno territorio, R. P. D. Ordinarius invigilet ut coniuges promissiones factas fideliter impleant.

III^o. Sanandi in radice matrimonia attentata coram officiali civili vel ministro acatholico a suis subditis etiam extra territorium, aut non subditis, intra limites proprii territorii, cum impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus, dummodo consensus in utroque coniuge perseveret, isque legitime renovari non possit, sive quia pars acatholica de invaliditate matrimonii moneri nequeat sine periculo gravis damni aut incommodi acatholico coniuge subeundi; sive quia pars acatholica ad renovandum coram Ecclesia matrimonialem consensum, aut ad cautiones praestandas, ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061 § 2, ullo modo induci nequeat; dummodo aliud non obstet canonicum impedimentum dirimens, super quo ipse dispesandi aut sanandi facultate non polleat.

Ipse autem R. P. D. Ordinarius serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutares ei poenitentias imp̄nat, et si casus ferat, eam ab excommunicatione absolvat iuxta Cod. I. C. can. 2319 § 1, n. 1^o, simulque declarat ob sanationis gratiam a se acceptatam, matrimonium effectum esse validum, legitimum et indissolubile iure divino et prolem forte susceptam vel suscipiendam legitimam esse; eique insuper gravibus verbis in mentem revocet obligationem, qua semper tenetur, pro viribus tutandi baptismum et educationem universae prolis utriusque sexus, tam forte natae quam forsitan nasciturae, in catholicæ religionis sanctitate et prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Cum autem de matrimonii validitate et prolis legitimatione in foro externo constare debeat, R. P. D. Ordinarius mandet ut singulis vicibus documentum sanationis cum attestatione peractae executionis diligenter custodiatur in Curia locali, nec non curet, nisi pro sua prudentia aliter iudicaverit, ut in libro baptizatorum paroeciae, ubi pars catholica baptismum recepit, transcribatur notitia sanationis matrimonii, de quo actum est, cum annotatione diei et anni.

In singulis autem praefatis sive dispensationibus sive sanationibus concedendis, R. P. D. Ordinarius expressam faciat mentionem Apostolicae delegationis (Cod. I. C. can. 1057); et quod attinet ad facultatem sanandi in radice, mens est eiusdem S. Congregationis ut Ipse nonnisi parochos, singulis vicibus, subdelegare possit.

Praesentibus valitulis usque ad annum proximae relationis dioecesanae, quo tempore elapso, referatur sive dispensationum sive sanationum concessarum numerus Supremae S. Congregationi S. Officii.

Taxa exquiri solita pro qualibet dispensatione — quam R. P. D. Ordinarius exiget, nisi pro casuum diversitate sit moderanda aut dispensanda ob paupertatem oratorum aliasve iustas causas — est quindecim libellarum italicarum.

R. P. D. Ordinarius in fine cuiuslibet anni directe mittet ad hanc Supremam S. Congregationem quas taxas ipse reapse exegerit, detracta vero quinta parte, quam pro sui suaeque dioecesis necessitatibus retinere poterit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L † S.

(—) Aloisius Castellano,
Supremae S. C. S. Off. Notarius.

BEATISSIME PATER,

Ordinarius Dioec. Vilnensis ob peculiares circumstantias, in quibus versantur fideles suae dioecesis, humiliter petit a Sanctitate Vesta facultates ampliores ea, quae in can. 1402 § 1 Codicis Iuris Canonici continentur.

Et Deus, etc.

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

Die 5 februarii 1923.

SSmus D. N. Plus Devina Prov. Pp. XI, per facultates Emo ac Revmo Cardinali a Secretis S. O. impertitas, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, sequentes facultates Ordinario Oratori benigne largiri dignatus est, per se ipsum tamen exercendas, seu nemini subdelegandas, scilicet:

1º. Ut concedere valeat, non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros quoscumque prohibitos et ephemerides, non exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus iis christifidelibus sibi subditis, qui eorumdem lectione, sive ad effectum eos impugnandi sive in sacri ministerii vel propria munera honestorumque studiorum subsidium, vere indigeant; exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus.

2º. Ut pariter concedere veleat, sub eadem temporis duratione, adolescentibus utriusque sexus, qui in publicis scholis, studiorum causa, versari debent, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia, ut supra, ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos, quos laicae potestatis imperio, vel ex necessitate studiorum, prae manibus habere coguntur. Quamdiu in ea sint necessitate; exceptis tamen operibus de obscoenis ex professo tractantibus.

Graviter onerata Ordinarii ipsius conscientia super reali harum omnium conditionym concursu.

Praesentibus usque ad annum „Relationis Dioecesanae“ proxime futurum valitulis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L † S.

(—) Aloisius Castellano,
Supremae S. C. S. Off. Notarius.

Num. 3438/23.

S. Congregatio de Disciplina Sacramentorum. FACULTATES MATRIMONIALES.

BEATISSIME PATER,

Ordinarius Vilnensis humilliter postulat a Sanctitate Vestra concessio-
nem specialium facultatum matrimonialium, habita ratione urgentiae ca-
suum, qui satis frequenter recurrunt

Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a
SSmo D. N. Pio Papa XI sibi tributarum, Ordinario Vilnensi infrascriptas
communicat facultates, quibus, sive per se sive per alias idoneas ecclesia-
sticas personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterit in matrimonii
contrahendis et nulliter contractis cum suis subditis ubique commorantibus
et alliis omnibus in proprio territorio actu decentibus, facta in unoquoque
casu expressa mentione huius apostolicae delegationis ad normam Can. 1057:

1. Dispensandi iusta et rationabili ex causa super matrimonialibus
impedimentis minoris gradus quae in Can. 1042 recensentur, nec non su-
per impedimentis impedientibus de quibus in Can. 1058 ad effectum tan-
tum matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi ex gravi urgente causa quoties periculum sit in
mora et matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta
Sede obtineatur super impedimentis maioris gradus infra recensitis:

- a) consanguinitatis in secundo aut in tertio gradu cum primo mixtis,
dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio oxoriatur;
- b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu;
- c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum
secundo;
- d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo nullum subsit du-
biu[m] quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium ge-
nita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut
Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impe-
dimentis supra memoratis cum iis qui in concubinatu vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex
impedimentis minoris gradus si magnum adsit incommodum requirendi
a parte ignara impedimenti renovationem consensus, dummodo tamen
prior consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte
conscia impedimenti de effectu huius sanationis et debita facta adnota-
tione in libro matrimoniorum.

In usu facultatum de quibus in praesenti folio p[re]ae oculis habeantur
quae in Can. 1048 ad 1054 statuta reperiuntur.

Curet Ordinarius in singulis praefatis concedendis dispensationibus
ut nupturientes qui pares solvendo inveniantur aequam oblationem iuxta
vires persolvant in obsequium Sanctae Sedis. Idem autem Ordinarius in
fine cuiuslibet anni, referat ad hanc Sacram Congregationem de numero

et specie dispensationum quas vigore praesentis indulti Ipse fuerit elargitus et summam oblationum transmittat, salvo praescripto Can. 1056.

Pro facultate dispensandi super impedimentis mixtae religionis et dispartitis cultus sive singillatim sumptis sive cum aliis impedimentis concurrentibus, recurrendum ad Sanctum Officium.

Praesentibus duraturis usque ad annum quo ab Ordinario fieri debet proxima Relatio dioecesana, quoisque nempe occasione praefatae relationis prorogationem harum facultatum petierit et obtinuerit.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, dnie 23 Ianuarii 1923.

(—) *M. Card. Lega, Praef.*

(—) *A. Capotosti Ep. Thermon. Secret.*

Prot. Nr. 439/23.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

FORMULA II.

Facultates quinquennales pro Ordinariis regionum Europae, Italia et Russia exceptis.

Sacra Congregatio Concilii Ordinario Vilnensi facultatem ad quinquennium duraturam tribuit:

1. reducendi per quinquennium, ob diminutionem redditum, perpetua missarum onera ad rationem eleemosyane in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub lege ut de missarum ita reductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioecesana quovis anno legitime doceatur;

2. transferendi per quinquennium intra fines dioecesis onera missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi cmmoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis, quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus legitime doceatur;

3. transferendi per quinquennium exuberantia missarum onera etiam extra dioecesim, cauto tamen ut quam maximus missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque adamussim serventur praescripta Codicis iuris canonici circa cautelas adhibendas in missis committendis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 27 Ianuarii 1923.

D. Card. Sbarretti, Praef.

B. Colombo, Secret.

SACRA CONCREGATIO CONCILLI

rescripto dato Ordinario die 9 Ianuarii 1923,

examina subiecta quaestione circa consuetudinem ferendi crucem pectoralem more Episcoporum a parochis, respondit: Consuetudinem reproban-
dam esse.

N. 598/23.

BEATISSIME PATER,

Ordinarius Vilnen. humiliter postulat a Sanctitate Vesta speciales facultates circa Religiosos utriusque sexus sua dioecesis. Et Deus, etc.

Vigore facultatum a Smo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, Ordinario Oratori infrascriptas facultates ad integrum annum proximae Relationis dioec; seu ad 31 dec. 1923 tribuit, ita tamen ut in unoquoque casu fiat expressa mentio huius Apostolici Indulti.

Facultates vero sunt sequentes:

1. Facultas dispensandi super illegitimitate natalium ad ingrediendum in Religionem, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, ad petitionem Superiorum, et dispensati ad munia maiora ne eligantur iuxta praescriptum can. 504.

2. Facultas permittendi celebrationem trium Missarum de ritu in nocte Nativitatis D. N. I. C. in ecclesiis religiosorum non comprehensis in can. 821 § 3, cum facultate pro adstantibus ad S. Synaxim accedendi, ita tamen ut dictae tres Missae ab uno eodemque Sacerdote celebrentur.

3. Facultas dispensandi super aetatis excessu pro admittentis ad habitum religiosum, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, audita in singulis casibus Superiorissa Generali vel Provinciali atque praevio earum consensu et respectivi Consilii, dummodo postulantes aetatem 40 annorum ne excesserint et polleant coeteris qualitatibus requisitis.

4. Facultas dispensandi super defectu aetatis canonicae ad S. Ordinem Presbyteratus, non ultra sexdecim menses, etiam pro Religiosis exceptis, dummodo a suis Superioribus litteras dimissoriales acceperint et quatenus ordinandi ceteras qualitates habeant a SS. Canonibus requisitas et praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam Cationis 976,2^o Codicis I. C.

5. Facultas dispensandi super dotis defectu cum Monialibus et Sororibus in toto vel in parte, dummodo status oeconomicus Instituti detrimentum ne patiatur et postulantes talibus sint praeditae qualitatibus, ut eas magnae utilitatis Instituto fore certa spes habeatur.

6. Facultas confirmandi confessarium ad Quartum et quintum triennium, dummodo maioris patris Religiosarum, convocatis etiam iis Quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus, prius accedat, proviso pro dissentientibus, si quae sint ac velint.

7. Facultas permittendi celebrationem SS. Missae Sacrificii Feria V in Coena Domini, facta licentia personis habitualiter in Communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxi, etiam ad adimplendum praeceptum paschale.

8. Facultas permitendi Monialibus descensum in Ecclesiam, ut ipsae eam maiori solertia mundare et decorare possint, exeuntibus prius ab Ecclesia extraneis Omnibus, non exceptis ipsis Confessario et Monasterio inservientibus et extra Clastra degentibus, portae illius claudantur et claves Superiorissae tradantur, Moniales vero semper binae sint et porta quam aditus interior ad Ecclesiam patet, dupli clavi claudatur, quarum una a Superiorissa, altera a Sanctimoniali ab Ordinario deputanda custodiatur

et non aperiatur nisi in casibus enuntiatis et cum praescriptis cautelis.

9. Facultas permittendi Monialibus egressum e claustris urgente casu operationis chirurgicae subeundae, quamvis non secumferat periculum mortis imminentis aut gravissimi mali, per tempus stricte necessarium, praescriptis debitibus cautelis.

Contriis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, Januarii 1923.

L. † S.

C. Card. Laurentius, Praefectus.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B. Secretarius.

EX SECRETARIA
Sacrae Congregationis
de Religiosis
N. 598/23.

Romae, 30 Januarii 1923.

Taxae exquiri solitae pro hisce Indultis, quas Ordinarius exiget, nisi pro casuum diversitate sint moderande aut dispensande ob paupertatem oratorum, aliasve iustas causas, sunt quae sequuntur:

Pro facultatibus sub nn. 1, 2, 3, 5, 6, 7, 8, 9 : M.—Decem.

Pro facultate sub n. 4 : M. Quindecim.

Quas taxas reapse exegerit, Ordinarius in fine cuiuslibet anni mittet ad hanc S. Congréationem, detracta vero quinta parte, quam pro sui suaeque dioecesis necessitatibus retinere poterit.

Maurus M. Serafini, Ad. O. S. B. Secretarius.

Facultates quinquennales ordinario a S. Poenitentiaria concessae.

Tibi Dilecto in Christo Ordinario Vilnen. usque ad integrum annum 1928-um duraturas infrascriptas comunicamus facultates tum absolvendi a censuris, tum dispensandi, quibus pro foro conscientiae, etiam extra sacramentalem confessionem et etiam extra dioecesim, quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra dioecesim fueritis, pro grege Tibi commisso, ex speciali Sedis Apostolicae auctoritate Tibi delegata, uti valeas; quasque intra fines dioecesis tantum Canonico Poenitentiaro necnon Vicariis Foraneis, pro foro pariter conscientiae at in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habilitualiter, si Tibi placuerit, aliis vero confessariis cum ad Te in casibus particularibus poenitentium recursum habeue int, pro exposito casu impertiri possis, nisi ob peculiares causas aliquibus confessariis a Te specialiter subdelegandis, per tempus arbitrio tuo statuendum, illas comunicare iudicabis:

I. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente vel advertente quam coram aliis

externatas incursis; postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit, et quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciatio ante absolutionem peragi nequeat facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secrete abiuraverit; iniuncta pro modo excessum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit. atque illata scandala reparandi.

II. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum haereticorum aut schismaticorum, apostoliam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolcas Litteras nominatim prohibitos defendenterint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Tibi aut confessario tradendi.

III. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

IV. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari, et allis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

V. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen deoerint sectae massonicae; aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent, denuncient iuxta can. 2336 § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint; libros, manuscripta ac signa eamdem responsive, si qua refineant, in manus absolventis tradant, ad S. Officium quamprimum cōtute transmittenda aut saltem, si lustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

VI. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram Regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminosum, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpare poenitentia salutari iniuncta.

VII. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressor voti castitatis perfectae et perpetuae, privatum post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit.

VIII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugib[us] d[icitur] necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimonii contrahendis; inuncta gravi et diurna poenitentia salutari.

Mens autem nostra est ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra praedictum terminum his facultatibus. Te uti contingat, absolutiones seu dispensationes exinde impertitae ratae sint et validae.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 24 ianuarii 1923.

L. † S.

S. Luzio S. P. Regens.
A. Anelli S. P. Substitutus.

Quas facultates ex speciali Sedis Apostolicae auctoritate Nobis delegata impertimus Poenitentiario Cathedrali omnes, Vicariis vero Foraneis nonnisi indicatas sub numeris I, II, VII et VIII. — Vilnae, die 16 februarii 1923.

† Georgius, Eppus.

Consilium Liturgicum Dioecesanum.

Vilnae d. 16 februarii 1923.

Memoriae diligentiae curae VV. Parochorum Ecclesiarumque Recitorum commendanda sunt haec, quae sequuntur:

1. Altaria portatilia cum lignis cooperculis nullibi in Missa celebranda tolerari possunt: S. R. C.—nis decretum N. 31622 sat est clarum: „Altaria portatilia, ex duabus tabulis confecta, quarum altera lapidea, altera lignea est, admitti nequeunt; et Reliquiae recondendae sunt in sepulchro intra lapidem effosso et claudendae cum parvo operculo etiam ex lapide confecto“. Vide can. 1197—1200.

Portatilia novae illius constructionis comparanda ab Excellentissimo Ordinario loci onsecreta, in sacristia Perinsignis Basilicae Vilnensis semper sunt praest.

2. Lampas coram SSmo Sacramento ante Altare continuo ardeat est necesse (S. R. C. 2033). Ad lampadem nutriendam coram SSmo Sacramento ardenter generum utendum est oleo olivarum; ob varias tamen hodiernas difficultates nutriti potest haec lampas ex aliis oleis, quantum fieri potest, vegetabilibus (S. R. C. 3121).

3. Pro valida consecratione in Sacrificio Missae panis triticeus et vinum de vite sunt adhibenda. Alia farina, a tritico physice distincta, et qui ibet liquor, qui natura sua non est vinum de vite, aut panis triticeus et vinum de vite iam corrupta, efficiunt consecrationem invalidam.

4. Candelae ex stearina pro usu sacro prohibentur (S. R. C. 2865). Candelae ex sevo confectae in Ecclesiis non permittuntur, contrarius usus, durante bello, inductus eliminandus est (S. R. C. 3063).

Lumina ex oleo, quae mensae Altaris imminent et ardent etiam tempore Sacrificii, in Ecclesiis non permittuntur (S. R. C. 4035.6).

Lumina in Sacrificio Missae super mensa Altaris nonnisi ex cera esse debent (2865).

5. Caeremoniane in exponendo et deponendo SSMo Sacramento, cum in Ostensorio tum in sacra Pyxide, item in benedictione cum SSMo Sacramento, haud semel in Directoriis pro an. 1905 et 1914 expositae et auctoritate Excellentissimi Episcopi Vilnensis praescriptae, strictissime sunt observandae.

Excipiuntur tamen hi duo casus, qui in desuetudinem iam devenerunt ac proinde iussu Excellentissimi Episcopi nostri abhinc non sunt observandi:

a) Die festivo Corporis Christi ac per totam Octavam quando Missa fit de festo, ad Sequentiam pro versibus „Ecce panis”, „In figuris”, „Bone Pastor”; recinandis non est SS—um Sacramentum deponendum neque versus memorati a Celebrante vertente se cum Ostensorio ad populum cantandi, sed tota Sequentia per extensum a Celebrante nulla f cta interrupzione legenda est et SS—um Sacramentum in trono expositum manet per totam Sequentiam et Missam intactum.

b) Sub finem hymni „Te Deum laudamus”, sollemniter coram exposito SSMo Sacramento cantati, ad versus „Salvum fac” non est depoendum Ostensorum neque Celebrans illum versum tenens SSMum versus ad populum trna vice cantat sed totus hymnus, postquam Celebrans cantum incepit a choro est cantandus. Ceterum relinquitur hoc ad libitum pro circumstantiis.

6) In Officio Defunctorum post Nocturnum cantandae sunt Laudes; quae solummodo die obitus aut depositionis accidente rationabili causa omitui possunt; et Absolutio „Libera me, Domine”, si Missa in colore diei, immediate post Officium et ante Missam cantanda est. (S. R. C. 3780. Directoria Dioecesana pro an. 1907 et 1909).

Consilium ad res liturgicas: *Carolus Lubianiec,*
Antonius Cichoński.

OKRĘGOWA
DYREKCJA ROBÓT PUBLICZNYCH
dla odbudowy

Województwa Białostockiego.

Białystok, dn. 6 lutego 1923 r.

Do Kurji Biskupiej w Wilnie.

W sprawie odbudowy zniszczonych przez działania wojenne kościołów Ministerstwo Robót Publicznych reskryptem z dnia 26/I. rb. za Nr. IX-5917/22 do tut. Dyrekcji zarządziło co następuje:

1. „Odbudowę kościołów inicjuje Dozór Kościelny, który w tym celu sporządza protokół naradczy w sprawie posiadanych funduszów na odbudowę, osiągniętych drogą ofiar dobrowolnych lub składek zbieranych w parafii na podstawie uchwał gminnych zatwierdzonych przez odpowiednie władze Mln. Spraw. Wewnętrznych (Wojewódzkie) oraz wysokości żądanej

subwencji i zabezpieczenia hipotecznego ewentualnej pożyczki, Skarb Państwa bowiem ustawowo (Dz. Ust. Nr. 13 z dn. 21.I.21, poz. 72) przychodzi z pomocą parafian jedynie częściowo.

2. Kolejność odbudowy kościołów ustala Kuria Biskupia w porozumieniu z Konserwatorem Okręgowym i Okr. Dyr. Odbudowy.

3. Przedstawienie obecnego stanu kościoła w zdjęciach fotograficznych i pomiarowych oraz projekt architektoniczny odbudowy w formie przepisowej i kosztorys, sporządzone przez odpowiedzialnego architekta.

4. Przedstawienie pisemne zgody Kurii Biskupiej na odbudowę kościoła w kolejności odbudowanych kościołów w ramach załączonego projektu.

5. Przedstawienie opinii Konserwatora Okręgowego o kościele i projekcie z punktu widzenia konserwatorskiego, jeżeli kościół jest zabytkowy i ogólno-architektonicznego, gdy kościół nie jest zabytkowym, lecz wymaga harmonizowania z otoczeniem.

6. Po zatwierdzeniu projektu odbudowy kościoła przez odnośne władze Okręgowa Dyrekcja Odbudowy przyznaje zapomogi Państwowe w myśl ustaw obowiązujących (Dz. Ust. Nr. 13 z dnia 21/I/21 r. poz. 72) w porozumieniu z Kurią Biskupią według uprzednio ustalonej kolejności w ramach kredytów przeznaczonych na te cele".

Podając powyższe do wiadomości Kurji Biskupiej Dyrekcja prosi o udzielenie wykazu kościołów w obrębie tamt. Diecezji, zniszczonych wzgl. uszkodzonych skutkiem działań wojennych i kwalifikujących się do odbudowy lub remontu, z uwzględnieniem kolejności ich odbudowy, celem ew. przyznania tym kościołom zapomog Pańskich w myśl Ustaw obowiązujących i w ramach przeznaczonych na ten cel kredytów po uprzednim zatwierdzeniu odnośnych projektów odbudowy przez powołane władze.

Przytym Dyrekcja zaznacza, że w myśl wspomianego reskryptu Ministerstwa Robót Publicznych kontrola nad odbudową kościołów, wyliczenie się z udzielonych zapomog, jako też sprawozdania z postępu odbudowy należą do Urzędów Odbudowy.

Dyrektor: (podpis).

Województwo Białostockie pismem z dnia 19 stycznia r. b. N. Ad. 3211/2 kumunikuje Kurji Diecezjalnej:

„Celem uniknięcia skarg ze strony urzędników stanu cywilnego, iż muszą opłacać z własnych funduszy porto pocztowe przy załatwianiu korespondencji urzędowej, proszę o wydanie zarządzenia by urzędnicy stanu cywilnego załatwiały korespondencję urzędową oddawali wojtom, sołtysom dla doręczenia właściwemu Staroście.

MINISTERSTWO
Wyznań Religijnych i Oświecenia
Publicznego

Nr. 11037.

Dnia 16 stycznia 1923 r.

To Kurji Biskupiej w Wilnie.

W sprawie uiszczenia podatków przez duchowieństwo.

Wobec sporadycznie napływających do Ministerstwa ze strony tak
władz duchownych jak i poszczególnych księży zażaleń w sprawie pocią-
gania duchowieństwa do uiszczenia podatków komunalnych, Ministerstwo
przesyła do wiadomości nadesłany przez Min. Spraw Wewnętrznych przy
piśmie z d. 20/XII. 22 N. S. M. 6008 odpis pisma tegoż Ministerstwa do
Wojewody Łódzkiego ostatni ustęp tego pisma winien być traktowany, jako
rozciągający się także na inne Województwa.

za Kierownika Ministerstwa
(—) A. Szelążek, bp.
Szeff Sekcji.

MINISTERSTWO
SPRAW Wewnętrznych

Odpis.

N. SZ. 874.
D. 9. II. i 6. III. 22.
S. M. 1439/3/III i 95/5/III.

M
Warszawa, d. 31 marca 1912 r.

W sprawie uiszczenia podatków i składek przez duchowieństwo Rz. Kat.

To Pana Wojewody w Łodzi.

Ministerstwo Spraw Wewnętrznych komunikuje, że sprawa traktowania
duchowieństwa rzymsko-katolickiego pod względem podatkowo-prawnym,
przedstawiona w okólniku Ministerstwa Spraw Wewnętrznych N. 559
z d. 18 sierpnia 1919 r. S. F. 613/2 Dz. Urz. Min. Spr. Wew. N. 48 i 49
z d. 19 grudnia 1919 r. poz 681, wymaga z uwagi na swe zasadnicze zna-
czenie ponownego rozpatrzenia i uzgodnienia ze stanowiskiem Ministerstwa
Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego.

Po uzgodnieniu opinii zainteresowanych czynników Ministerstwo Spraw
Wewnętrznych nie omieszcza udzielić Panu Wojewodzie wskazówek w spra-
wie pociągania duchowieństwa rz.-kat. do uiszczenia samoisłnych podatków
i składek komunalnych.

W związku z powyższem w obecnem stanie rzeczy pomimo, że w myśl
art. 12 Dekretu o utworzeniu Rad Gminnych (Dz. Pr. N. 18 z 1918 r.
poz. 48) duchowieństwu przyznane zostało prawo udziału w Zgromadze-
niach Gminnych należy wstrzymać się z pociąganiem duchowieństwa do
uiszczenia podatków i składek gminnych.

za Ministra
(—) Dek
Dyrektor Depertamentu.

W sprawie opodatkowania spadków i darowizn.

Uzupełniając informację Urzędu Skarbowego w Grodnie, podaną
w Kurendzie Nr. 1 r. b., Kurja załączca przesłane do niej przez Delegata
Rządu pismo Izby Skarbowej Wileńskiej z d. 20.I.—1923. Nr. 321/V.

„Rozporządzeniem Rady Ministrów z dnia 16.X 1922 r. (Dz. U. Nr. 96), które weszło w życie od dnia 9 grudnia 1922 r. na obszar Ziemi Wileńskiej rozciąga się moc obowiązująca Ustawy z dnia 29 maja 1920 r. w przedmiocie zmiany przepisów o opodatkowaniu spadków i darowizn: (Dz. U. R. P. Nr. 49, poz. 299), oraz nadaje się moc obowiązującą przepisów o opodatkowaniu spadków i darowizn, ogłoszonym Rozporządzeniami Ministra Skarbu z dnia 3 czerwca—1920 r. (Dz. U. N. 49 poz. 360) i z dnia 15 września 1922 r. (Dz. U. N. 86, poz. 796, załączn. 1, 2, 3).

Wobec tego, że zgodnie z art. 22 powyższych przepisów Urzędy Stanu Cywilnego są obowiązane przesyłać władzy skarbowej wyciągi z każdego aktu zejścia, uprzejmie proszę p. Delegata o wydanie zarządzenia o wysyłanie przez odnośne Urzędy Stanu Cywilnego do Urzędów Skarbowych powyższych przepisów akt zejścia, poczynając od dnia 8 grudnia 1922 r.

(—) J. Malecki, Dyrektor.”

Dla uwiecznienia pamięci i działalności Ojca św. Piusa XI, podczas pobytu Jego w Polsce w charakterze Nuncjusza, założona została w Warszawie „**FUNDACJA IM. OJCA ŚW. PIUSA XI DLA POLSKICH INWALIDÓW WOJENNYCH**”, jako czyn z charakteru swego najbardziej odpowiadający wojennym przeżyciom z nami Ojca św. Protektorami Fundacji są: ks. kardynał Kakowski i Marszałek Piłsudski.

Zadaniem Fundacji jest tworzenie, urządzenie i utrzymywanie odpowiednich zakładów, szkół, warsztatów rzemieślniczych, przytułków i kolonii gospodarczych pod nazwą „Piusowe domy dla inwalidów wojennych”, w których poszkodowani na zdrowiu inwalidzi wyznania rzymsko-katolickiego będą mogli znaleźć utrzymanie, opiekę i pracę zarobkową. Działalność Fundacji rozciąga się na całą Rzeczpospolitą Polską.

Działalność ta ku chwale Głównej Kościoła a pożytkowi poszkodowanych na zdrowiu obrońców wiary naszej i ojczyzny naszej poświęcona oczekuje pomocy Polski całej, a Duchowieństwo zechce z pewnością wziąć tę sprawę do serca.

Zebrane składki można przesyłać do Kurji Diecezjalnej, do Kurji Biskupiej Wojsk Polskich (Warszawa, Miodowa 24 albo przekazywać za pośrednictwem pocztowej Kasy Oszczędności (Numer konta 1111).

Jego Ekscelencja Biskup poleca PWW. XX. Proboszczom zebranie w kościołach składek na budowę kościoła w Onżadowie, dek. Wileńskiego. Parafia Onżadowska, jakkolwiek nieliczna i niedawno utworzona, zdobyła się w nader trudnych warunkach na wystawienie budynków plebaniańskich, obecnie zaś, przystępując do budowy kościoła, potrzebuje wydatniejszej pomocy. Zebrane składki należy przesyłać do Kurji.

Z KURJI DIECEZJALNEJ WILEŃSKIEJ.

Wilno, dnia 23 lutego 1923 r. Nr. 1050.

X. Lucjan Chalecki,
Szambelan J. Św.,
Kanclerz Kurji.